

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 72. Finis Augustani conventus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI quantum satis est, audiantur, efficiam.  
A.C. 1551. Cum autem ibidem pariter de Augustano Decreto, quod *Interim* vulgo appellatur, sermo inspergeretur, ac non pauci diversas adducerent rationes, ob quas illud acceptare prohibebantur, hinc Imperator totum hoc negotium ad suam sollicitudinem revocavit, ut opportune providere posset.

## §. LXXII.

*Finis Augustani Conventus.*

*Sleidan. l. c.* Quamvis Carolus Imperator Princeps  
*Thu. ut supr.* esset rara sagacitate præditus, a Protestantibus tamen delusus videtur; cum enim Albertus Brandenburgicus, necnon Mauritius Dux, qui præcipua erant Protestantium capita, sibi plene Cæsaris pollicitatione satisfactum simularent, Cæsar eorum fidei sese committens copias conscribere, haud sollicitus fuisset, nec id re ipsa effectui dedisset, nisi nova ab eis injuria fuisset lacefitus; cum enim hi inter se statuissent, quod Cæsarem, nisi Landgravii libertatem alia via impetrare possent, ex insidiis obruere, eique bellum denuntiare vellet, hinc Carolus se nil ultra proficere posse, nec quicquam timendum esse credens comitia dissolvere decrevit, postquam alio Decreto sanxerat: „Ut ad

„ ad Calendas Aprilis Norimbergæ con- Sæcul. XVI.  
 „ veniant Electorum, & sex reliquo- A.C. 1551.  
 „ rum Principum Legati, qui delibe-  
 „ rent, quemadmodum ea pecunia,  
 „ quæ ex ærario publico sumpta fuit  
 „ in bellum Magdeburgicum debeat ex-  
 „ pendi: quicquid hi statuerint, ratum  
 „ esse jubetur, non minus, quam si fre-  
 „quentibus in Comitiis decretum esset:  
 „ & quoniam ad universæ Germaniæ,  
 „ & Imperii salutem, ac conservatio-  
 „ nem, bellum hoc pertinet, Magistra-  
 „ tui permittitur, ut suo quisque po-  
 „ pulo tributum hoc nomine imponat.  
 „ Deinde, si forte quis vel Imperii ci-  
 „ vis, vel externus auxilia Magdebur-  
 „ gicis ferat, sumptum quoque tunc  
 „ Cæsar pollicetur. „

Cum vero elapsa hyeme Mansfel-  
 dius Comes, necnon Heideckius Tribu-  
 nus in Magdeburgensium opem copias  
 conduxisserent, insuper Cæsar decrevit:  
*Ut, si posthac in aliqua Germaniæ parte  
 milites confluant, ut e vestigio vicini Prin-  
 cipes, ac Ordines, consociatis viribus illos  
 opprimant, primumque illud rebellionis in-  
 cendium, priusquam vires accipiat, re-  
 flinguant.*

Promulgatis omnibus hisce Decre-  
 tis Cæsar die decima tertia Februarii  
 Anno Domini millesimo quingentesimo  
 quinquagesimo primo comitia dissolvit.

*Hist. Eccles. Tom. XL. S Nihil-*

**Sæcul. XVI.** Nihilominus Imperator aliquamdiu  
**A.C. 1551.** Augustæ subsistens, jurisdictionem,  
& bona Ecclesiastica, quæ prioribus  
bellis usurpata, vel direpta fuere,  
se curaturum spopondit, ut cuili-  
bet jus suum dicatur, illatæque in-  
juriæ reparentur. Sub idem ferme  
tempus Cæsar per Comitem Diecum  
adversus captum Hassiæ Landgravium  
contumaciæ convictum sententiam pro-  
nuntiabat: equidem Landgravius in suam  
defensionem opponebat, sibi non fuisse  
integrum ad Cæsaris postulata respon-  
dere, eoquod cum suis Consiliariis libe-  
ra colloquendi facultas ei defuisset; nec  
id tamen erat abs re; cum enim jam  
anno priori detectum fuisse, quod fu-  
gæ consilia machinatus esset, hinc ar-  
ctiori detinebatur custodia, unde nec  
suos adire, nec illis colloqui permitte-  
batur, quin illius custodes ejus verba  
auscultarent, cunctasque actiones ob-  
servarent. Nunc vero percipiamus mo-  
limina, quorum ope Landgravius se in  
libertatem afferere fatagebat.

§. LXXIII.  
*Landgravius infausto successu afflu-  
gere molitus.*

*Sleid. l. 22.* **C**um Landgravius naturæ bene-  
ficio liberalis splendido semper con-  
vivio